

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Accidia o
cum fonte primo

Non putant desidiosi posse fieri
quicquam quod facere non possunt;
ex infirmitate sua de uirtute ferunt
sententiam.

Nam
hec ad que imbecilli sumus
dura atque intolleranda credimus,

tormenta reputantes, uino carere aut
prima luce excitari. Non ista difficilia
sunt sed nos fluidi et enerues sumus.

Seneca LXXII. epistola.

Non putant enim fieri
quidquid facere non possunt;
ex infirmitate sua ferunt de uirtute
sententiam.

Quid miraris si uri, vulnerari, occidi,
alligari iuvat, aliquando etiam libet?
Luxurioso frugalitas poena est, pigro
supplicii loco labor est, delicatus
miseretur industrii, desidioso studere
torqueri est: eodem modo
haec ad quae omnes imbecilli sumus
dura atque intolleranda credimus,
obliti quam multis

tormentum sit uino carere aut
prima luce excitari. Non ista difficilia
sunt natura, sed nos fluidi et enerues.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 8.71.22-23 (L.
Reynolds ed., vol.1, pp.214-15, ll.18-25,
1-2).